

Cura Pastoralis pro ordinando tentamine Collecta.

BIBLIOTHECA
VNIVERSITATIS
CRACOVIENSIS
910286
I

Vra est onorosa atq; solicita custodia animarū alicui cōmissa. Ut animas hominum custodiāt ne pereāt: sed potius vt saluent. Sacerdotes igit debent scire ea que officium eor maxime curatorū iuxta quattuor ethimologias huius nominis (vt habet Joannes Damascenus) cōcernunt. ¶ Uno modo. Sacerdos dicit quasi sacra dicēs: ideo dicunt ethimologice sacerdotes: quasi missarū celebratores. Quare tantū de scientia habere debent: qđ scient recte & distincte legere: et ea que in misse officio continent: ad minus grāmaticaliter intelligere: cōgrue pnunciare: accentuare: & debite pnūciare. ¶ Alio modo sunt sacramētorum administratores. Ideo sacerdos dicit quasi sacra dans. Quare tm̄ de sciētia habere debēt: qđ sciant numerū sacramētorū & q̄ sit debita forma materiaq; cuiuslibet sacramēti: & modū ministrādi: ea maxime q̄ ad eos spectāt. ¶ Tertio dicunt cōfessionū auditores. Ideo sacerdos dicit quasi sacer dux hoc modo: opus est eos scire discernere inter leprā & nō leprā. id est, inter peccatū & nō peccatū: & imponere satisfactiōes salutares. ¶ Quarto sacerdotes sūt plebis doctores. Ideo dicit sacerdos quasi sacra docēs: hoc modo opus est eos scire ad minus in articulis fidei: & alijs preceptis dei informare.

¶ Item Sacramentū ꝑm Joannē Scotū doctorem subtilem dist.iiij.q.v.quarti sententiarū. Est signum sensibile ⁊ diuina institutiōe significās affectum gratuitū ad salutē hominū viatorū ordinatum. Sed ꝑm Augustinū.x. de ciuitate dei. Est sacre rei signū. Sed ꝑm Magistrū.iiij.sententiarū.di.j. Sacramentū est:inuisibilis gratie:visibilis forma:vt in baptismo ablutio peccatorū:est inuisibilis gratia:⁊ aqua naturalis eiusdem: est visibilis forma.

Septem sunt sacramenta: scilicet
- Baptismus.
- Confirmatio.
- Sacer ordo.
- Eucharistia.
- Penitentia.
- Matrimonium.
- Extrema vnctio.

Quorū duo sunt voluntaria:scz.Matrimonij ⁊ sacer ordo:quia nemo coartādus est ad sumendū ea. Sed alia quinq; sunt necessaria.s. Baptismus:Cōfirmatio:Eucharistia:Penitentia:⁊ Extrema vnctio.q̄a sunt in ꝓcepto:⁊ quilibet tenet ea suscipere ꝓ loco ⁊ tpe. ¶ Tria sunt sacramēta irreiterabilia s.Baptismus:Cōfirmatio:⁊ Sacer ordo. Quia in eis imprimunt characteres indelibiles ipsi anime in collatiōe eorū. Unde reiterās ea ꝑm canones: est a susceptiōe sacrorū ordinū impediēdus: ⁊ ꝑm leges decollādus. ¶ Reiterabilia sacramēta sunt q̄ttuor s.Eucharistia:Penitētia:Extrema vnctio:⁊ Ma-

trimoniū: qꝛ in collatione eoꝝ nō imprimunt̄ caracteres indelibiles ipsi anime. ¶ Caracter est quedam spūalis entitas: quā homo ꝯsequit̄ in suscepti one sacramēti. ¶ Uirtus seu effectus sacramētoꝝ in generali. Est auferre culpā si inuenit eam. Et cōferre gratiā vel est augere: si debite ⁊ deuote sumātur. Uñ tria requirunt̄ ad om̄e sacramentū. s. materia: forma: et intentio ministri. ¶ Baptismus ꝑm Magistrū. iiij. sen. dist. iij. Est intinctio. id est. ablutio corpis exterior facta sub forma v̄boꝝ p̄scripta. Uel sic. Baptismus: est intinctio facta in aqua verbo vite ꝯsecrata: ad delendū peccatū originale. Uñ baptismus grece: ablutio dicit̄ latine. Et baptiso as. are. id est. ꝙ abluis ere. ¶ Triplex est baptism⁹ Nam quidā est fluminis: ⁊ est qñ quis in aqua naturali baptisat̄: ⁊ iste est sacramentū ecclesie: ⁊ tale baptismate nullus seip̄m potest baptisare: quia ꝑm Augustinū. j. lib. de Trinitate. Nullus seip̄m gignit corporaliter: ergo nec spūaliter: q̄ regeneratio fit ꝑ baptismū: vt dicit̄ Joannis. iiij. ergo. ⁊c̄. Alius est baptismus flaminis: et est qñ quis per infusionem gratie spūsancti inuisibiliter mundat̄ a peccato. Et tali baptismo potest vnus seip̄m baptizare: habendo deuotionē ad baptismū ꝓponēdo in se: si haberes baptisantē ⁊ oportunitatē velles baptisari. Et si talis moreret̄ in huiusmodi ꝓposito saluaret̄. ¶ Alius est baptismus sanguinis. Et est qñ quis in ꝓprio sanguine baptisat̄: qñ scilicet nō baptisa-

tus suscipit mortē pro fide christi. Et ille baptismus proficit ad salutē anime: dū tñ habeat baptismus aqua in voto ab adulto. Unde legit in legēda sctē Catharine de rhetoribus: et de pueris in camino ignis. Sed in pueris nō requirit tale votū: sed sufficit moris tollerata p christo: vt patet de innocētib⁹ et nullus potest seipm baptisare hoc modo. Nulli enī licitū est seipsum interficere p quacunq; causa. Unde factū Sampsonis ⁊ Josie: qui seipsos interfecerūt ꝼm beatum Piero, nō est trahendū in consequentiā: quia priuilegia paucoꝝ nō faciūt legē cōmunem. ¶ Materia baptismi: est aqua elemētaris naturalis: simplex: recens ⁊ mūda: qz sacramentū maxime necessitatis debet habere materiā maxime cōmunem: ne ꝓpter defectū materie aliquis impediret a susceptione baptismi: sed baptismus est huiusmodi: ergo. Ex quibus patet: ꝙ nullus potest baptisari in aqnis distillatis: sicut est aqua roseacea: nec in vrina: nec in ꝓpio spisso: etiā prodio spisso tas resoluto: nec in oleo: nec in vino. Scire tñ debes: ꝙ in casu necessitatis dum nō possit habere aqua naturalis: potest fieri in aqua expressa de luto: ⁊ in aq̄ liquefacta ex niue: ⁊ similiter in lixiuio collato per cineres. Unde scias siue aqua sit calida: tepida vel frigida: bñdicta vel nō bñdicta: nihil facit ad baptismum: dum euitet periculū pueri tpe frigido. Sed benedicit in ecclesijs: ꝓpter solennitatē ⁊ maiorem reuerentiā sacramēti. ¶ Forma baptismi ꝼm lati-

nos: q̃uis greci habēt aliā: in idem tñ redeūt: eo q̃ ambe faciūt christianū. Est hec. Joannes. Ego baptiso te in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti amē. Unde baptisandus debet noīari ꝓprio nomīe: ⁊ exprimere debet baptisans hoc ꝓnomen ego: quāuis ambo nō sint necessaria. Ideo illa forma predicta debet esse integra: ⁊ non corrupta: nec in principio dictionū: nec in fine debēt sumi notionalia: sicut est genitor genitus. Sic scias aliquos ex fatua deuotione addere ad predictā aliquē sanctū: dicentes ⁊ subiungētes: ⁊ in honore btē Marie virginis: que additio: ⁊ ꝯsimilis nihil facit ad baptismū. Minister extra casum necessitatis est solus sacerdos: sed in casu necessitatis potest esse vir vel mulier: tam fidelis q̃ infidelis: dum tñ intendūt facere qd̄ faciet ecclesia: puta christianū: ⁊ semꝑ dignior in p̄sentia pluriū debet baptisare minus digno. Unde qñ haberet̄ dubiū: an puer esset baptisatus vel nō? Potest baptisari sub tali forma. Si tu es baptisatus: ego nō baptiso te: sed si tu non es baptisatus: ego baptiso te in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti amē. Item nullus coacte debet baptisari: sed solū petēs volūtarie adultus: ⁊ patrini ꝓ puero. Item baptisando semꝑ serues ritū ecclesie immergēdo ter: vel semel: vel aspergēdo ter vel semel: quo nō videaris nouus auctor haberi. Uirtus vel effectus baptismi est: q̃ delet om̄e peccatū tam originale: q̃ veniale: ⁊ mortale confert ⁊ auget gratiā: ⁊ aperit portam

regni celoꝝ ꝛ confert oēs virtutes: tam moꝛales ꝙ theologicas: si nō quo ad vsum: tū quo ad habitū. ¶ Reiterans baptismū ꝑm leges decapitādus est: ꝑm canones ad sacros oꝛdines non pꝛomouendus. ¶ Cathecismus est istructio fidei catholice ꝛ eius meriti. ¶ Exoꝛcismus est adiuratio demonis: vt recedat ab anima baptisandi: ꝛ dat locū spiritui sctō aduenīēti. ¶ Cōfirmatio est chrisinatio facta i frōte hominis per epm: vt ꝓfirmet ꝛ coꝛoboꝛet hoīem in fide catholica. ¶ Materia confirmationis: est chrisma confectū ex oleo oliuarū: ꝛ balsamo ꝑ episcopū benedictū. Vnde conficit ex oleo olive: quod signat mtoꝛē conscientie. ¶ Cōfirmatus eñ debet habere splendoꝛē maioꝛis luminis fidei: ꝙ nō cōfirmatus: ꝛ debet exꝑsse fateꝛi fidem christianā absq; requisitione. Similiter cōficitur ex balsamo: ad designandū odoꝛē bone fame ꝛ opinionis: que debet esse in cōfirmato. ¶ Forma cōfirmationis est. Cōsigno te signo crucis: cōfirmo te chrisinate salutis: in nomine patris et filij et spiritussancti Amen. ¶ Ministeꝛ ꝓfirmationis: est solus epūs: qui habet curam totius cōmunitatis in sua dyoceſi ad faciēdum milites christi ad adaucter ꝛ sine timoꝛe ꝛ verecūdia ꝓfitendū fidē christi. Vnde pueri baptisati vsum ratiōis aliq̄liter habentes: tam femelle ꝙ masculi sunt cōfirmandi: apti eñ sunt ad cōfitendum fidē christi. Item nullus hoc sacramentū sciēter sine rōnabili causa omittat: q̄ peccaret moꝛtaliteꝛ.

¶ Ritus cõfirmationis est: q cõfirmãdus inungi
tur fronte p modũ crucis ab epo cũ chrisma sub
dicta forma verboꝝ. Alapa vero que datur: nõ est
de essentia: sed ppter memoriã habendã. Et locus
frontis vncte debet tegi cũ mũdo panno: ob sacra-
menti reuerentiã. ¶ Effectus vel virtus cõfirmati-
onis: est spũs scs datus cõfirmato ad robur et
audaciã cõfitendi nomẽ t fidem christi. Et si nõ sit
obex in suscipiente noua gratia datur: vel pristina
auget in collatiõe eius. Et si digne t deuote sumit
pctã tam venialia q mortalia obliuioni tradita ei
dimittunt. Vnde scienter sumẽs bis hoc sacramentũ
cm leges decollabit. ¶ Sacer ordo cm Hugonem
de sctõ Victore sic describit. Est signaculũ quoddã
in quo spiritualis potestas tradit ordinato ad offi-
cium ecclesiasticũ. ¶ Septem sunt ordines sacri. s.
Ostiarius: Lectoratus: Exorcistatus. Acholitat⁹:
qui dicunt minores: quia homo pmotus in his po-
test verũ cõtrahere matrimoniũ. Subdyaconatus
dyaconatus: t psbyteratus: t illi dicunt maiores:
qz homo pmotus in his: nõ potest ctrahere matri-
moniũ. ¶ Ostiarius: est q habet custodiã in ingres
sum et regressum ecclesie dei: ne infideles heretici:
iudei: excõmunicati: vel bestie intrent. Et illũ instí-
tuit christus: qñ ementes t vendẽtes eiecit de tẽplo
dei. ¶ Lector: est ille qui habet legere lectiones et
ppbetias. ¶ Exorcista: est ille qui habet iurare t
depellere demones. Vnde exorcista in greco dicitur

adiurans: vel increpās in latino. ¶ Acholitus: est ille qui habet portare lumē vel candelā in suis manibus: qñ legendū est euangeliū: vel sacrificiū offerendū. Unde Acholitus in greco dicit ceroferarius in latino. ¶ Subdyaconus: est ille q̄ habet epistolam legere in ecclesia dei: & calicē & patenā ad altare christi deferre & leuitis tradere: eisq̄ ministrare. Et dicunt subdyaconi q̄si subdiacētes p̄ceptis & officijs leuitarum. ¶ Dyaconus: est q̄ habet legere euangeliū in diuino misse officio: sacerdotibus assistere: & eis ministrare in oībus q̄ agunt in sacramētis christi. Puta: baptismo: chrismate: in patena: in calice: & alia oīa in altare disponere. Et dicit dyaconus: quasi minister: in oībus em̄ potest ministrare sacerdotibus. Potest em̄ mensam oīm disponere vestire: crucē christi ferre: & p̄dicare euangeliū & epistolam ad populū. ¶ Presbyter: est homo masculus sacris ordinibus ordinatus ad conficiendū corpus & sanguinē christi deputatus. Unde presbyter grece dicit senior latine: nō in etate: sed in honore & dignitate. ¶ Materia sacri ordinis in generali: q̄uis cuiuslibet sit specialis materia: quā ordinād? ambabus debet tāgere manib? in porrectiōe talis materie. Est illud instrumentū p̄ quod tradit ordo ordinato. ¶ Forma sacris ordinis in generali: licet cuislibet sit ꝓpria in speciali. Est accipere potestatē faciēdi hoc vel hoc in ecclesia dei. Unde forma ordinis p̄sbyteratus. Est accipere potestatē cōsecrandi

vel cōferendi sacramentū in ecclesia dei pro viuis ⁊ mortuis. Unde ordinandus in sacris debet habere scientiā: grāmatice: logice ⁊ rhetorice: qz ille scientie triuiales multum faciūt ad scientiā pietatis: puta theologia: quadriuiales vero parū aut nihil ꝓsūt. ¶ Eucharistia est excellentissimū sacramentū corporis ⁊ sanguinis dñi nr̄i iesu christi: latēs sub speciebus panis ⁊ vini consecratis. Et dicit ab eu: qđ est bonū: ⁊ charos gratia: quasi bona gratia: quia in eo continet ille: scilicet Jesus christus: fons gratie ⁊ oīs bonitatis. ¶ Materia eucharistie est duplex. Una est panis de tritico cū aqua elemētari naturali recēti ⁊ mūda cōfectus. Et ergo in pasca in pane fermentato: in pane de siligine: vel ordeo: vel alio grano: nō potest cōfici corpus christi: nec cum alio liquore: sicut est vinū distillata. ¶ Alia est hoc vinū de vite: ⁊ nullo modo in vino morozū: pomoz̄ piroz̄: ceruisoz̄: ceruisia: aceto: musto: vel alio liquore potest cōfici sanguis christi. Et modica aqua q̄ apponit: nō est de essentia sacramēti: sed apponit ad denotandū vnionē populi cum christo. Unde sacerdos cōsecrans plures hostias: nō determinet se ad certum numerū: sed habeat intentionē ꝓsecrandi: qđ est ante se. ¶ Forma eucharistie est duplex ſm duplicē eius materiā. Una forma est panis que est hec. Hoc est enī corpus meū: vt patet Matthei. xxvj. Marci. xiiij. Luc. xxij. Joan. vj. Alia est vini in calice: ⁊ est hec. Hic est enī calix sanguinis mei: no-

ui ⁊ eterni testamēti mysteriū fidei q̄ pro vobis ⁊ p̄ multis effundetur in remissionē peccatoꝝ. ¶ Ministeꝛ eucharistie est solus sacerdos: rite ⁊ legitime ordinatus: nō existēs in p̄cō mortali: ⁊ cui non est p̄hibitū celebrare. ¶ Missa est diuinū officiū in salutē fideliū ad consecrationē corpis et sanguinis christi a sacris patribus institutū. Et dicitur a verbo mittoꝛ: quia ibi filius dei mittitur in manus sacerdotis. Vel quia angeli mittunt ad ministrandum sacerdoti. ¶ Introitus est qui legit: q̄n sacerdos accedit ad altare dei. Et dicit a verbo introeo is. ire. ¶ Collecta est oratio: qua q̄s cū deo loquit. ¶ Oratio est mētis in deum cum verboꝝ expressione eleuatio. Et dicit quasi oris ratio. ¶ Prophetia est scientia diuinitus inspirata que ineuitabili ueritate rerum euentus ostendit. Epistola est supne cōmissionis per apostolos et alios sanctos dei ad hoc deditos compilatio. Et dicit ab epi. id est. supra ⁊ stolon missio: quasi superna missio. ¶ Euangeliū est diuine veritatis p̄ sanctos euāgelistas cōscripta editio. Et dicit ab eu. q̄ est bonū: ⁊ an. quod est sursum ⁊ gelion nunciatio: quasi bona desursum nūciatio. ¶ Canon est cōpilatio verboꝝ pertinentiū ad diuinū officiū: ⁊ ad consecrationē corpis ⁊ sanguinis dñi nr̄i Jesu christi. ¶ Extrema vnctio est sacramentū q̄ confert p̄ oleū oliuaꝝ ab epō bene dictum: ad delendū p̄cā venialia. Et dicit extrema vnctio: q̄a datur illis q̄ laborant in extremis: q̄bus

nō est aliud remedium ad penitendū pro peccatis Nam tales nullā aliam penitentiā sufferre possunt ¶ Materia extreme vnctionis: est oleū oliuarū ab epo benedictū. Nam sicut oleū oliuarum positū in vulneribus mitigat dolores corporales: ita etiam hoc sacramētum mitigat dolores spūales: ⁊ etiam corporales. Vnde oleū nucū: lini: vel amigdalarum nō est materia huius sacramēti. ¶ Forma extreme vnctionis est. Per istā sanctā vnctionē: ⁊ suam pissimā misericordiā indulgeat tibi deus quicquid deliquisti p illicitū visum: auditū: gustū: tactū: olefactū: in nomīe patris ⁊ filij ⁊ spīritussancti Amen. ¶ Nota quinq; sensuū exteriorū loca debēt vngi: similiter pedes, ppter gressum: qa in illis cōsistit radix peccati. Vnde cecus a natiuitate. Siliter surd⁹ ⁊ mutus debēt etiā inungi: qr forte inordinate petiuerunt: scz, peccatū facere. Siliter claudus: etiā carētes mēbris debēt inungi in locis vicinis ⁊ dicē da est semp ea dē forma. ¶ Minister extreme vnctionis: est solus sacerdos cū ministris: siue sint pbyteri: siue nō. Vnde solum infirmus decem ⁊ octo annoꝝ vel vltra: ⁊ sumēs eucharistiā: petēs inungē dus est: ⁊ nō puer: sed in agone existētes. ¶ Effectus siue virtus extreme vnctionis: est remissio oīm pctōꝝ venialiū: ⁊ pctōꝝ mortaliū oblitoꝝ. Siliter gra habita auget ⁊ noua confertur. Et si infirmus sic vnctus superuixerit potest intrare estuarium. ¶ Matrimoniū est viri ⁊ mulieris legitima con-

iunctio: indiuiduā vite consuetudinē retinentiū. Et
dicit̄ matrimoniū ⁊ nō patrimoniū: qꝛ matres ha-
bent maiorē laborē in partu q̄ patres. Dicit̄ eꝯm
q̄si matris muniū. id est. officiū. Uel dicit̄ a materia
⁊ monos vnū: q̄si vna materia. id est. voluntas eoꝝ
adinuicē. ¶ Forma matrimonij est hec. Joannes.
Cōmitto tibi Catharinā in legittimā vxorem: ⁊ Ca-
tharina cōmitto tibi Joannē in legittimū virum: in
noīe patris ⁊ filij ⁊ spūssancti Amē. Uel sic. Accipio
te in meā vxorē. Et ipsa respōdeat. Accipio te in me-
um virū: in noīe patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti Amē.
Similiter sunt plures alie forme: sed in idē redeūt.
¶ Materia matrimonij. Est vir ⁊ mulier mutuum
ꝯsensuꝫ in inuicē habētes. Unde importat respectū
extrinsecus aduenientē: puta applicationem viri ⁊
mulieris ad inuicem cum debita forma verborum.
¶ Effectus vel virtus matrimonij: est susceptio et
ꝓductio prolis: ⁊ euitatio fornicationis. ¶ Insti-
tutio matrimonij: est facta in paradiso tēpore inno
centie ab ipso deo. ¶ Bona matrimonij sunt tria.
scꝫ. Fides: ne ipse cū alia: vel ipsa cum alio coeat.
Proles: vt ametur: suscipiat̄ ⁊ religiose educatur.
Et sacramentum: quod addit inseparabilitatem.
¶ Penitētia ꝑm Ambrosiū est preterita peccata
plangere: ⁊ plāgenda nō iterū cōmittere. ¶ Uel sic
Est sacramentū cū q̄s deplāgit peccata p̄terita cū
ꝓposito cauēdi se ad futurū. Et dicit̄ q̄si pene tētio
Et sunt tres partes penitētie. scꝫ. Cōtritio: ꝯfessio:

⁊ satisfactio. ¶ Cōtritio est dolor volūtarie ꝑ peccatis assumptus: cū ꝓposito cōfitendi ⁊ satisfaciēdi. Et dicit̄ a verbo ꝯtero: qd̄ est simul terere. Unde cōtritio ⁊ attritio in hoc distant. Nam cōtritio est dolor de oībus pctīs cōmissis. Attritio v̄o dolor ꝑ aliq̄bus pctīs tm̄: ⁊ nō sufficit ꝑ remissione pctōꝝ. Attn̄ sepe vnū ponit̄ ꝑ aliquo. ¶ Cōfessio est legittima corā sacerdote habēte claues ecclesie pctōꝝ declaratio. et hoc modo sumit̄ hic. Alio modo confessio est dei laudatio. Et cōfiteri est deū laudare sicut in hymno de sctō Martino. Martine ꝯfessor dei. Et confessio est instituta a Christo: ⁊ a beato Paulo ꝓmulgata. Unde ꝯfessio venit a verbo cōfiteor: cōposito a p̄positione con. ⁊ a verbo fateor: quasi simul vel ex toto corde: siue vndiq̄ fassio.

¶ Satisfactio s̄m beatū Gregoriū: est pctōꝝ causas excidere: ⁊ earū suggestionibus aditum nō indulgere. Et sunt quattuor partes satisfactiōis. scz. Elemosyna. Jeiunium. Oratio. et Peregrinatio.

¶ Elemosyna s̄m btm̄ Thobiā: est q̄ animā a pctō liberat: ⁊ eā nō patit̄ ire in tenebras. Et dr̄ ab elemonia: id est. miscdia: ⁊ syna qd̄ est mandatum. Uel dr̄ ab ely: qd̄ est deus: ⁊ syna mandatū: q̄si mādatum dei: vel miscdie. Deus em̄ mādauit fieri elemosynā. Uel dicit̄ ab ely: qd̄ est deus: ⁊ mois aqua: q̄si diuina aqua: ad mundandum animam a peccatis.

¶ Jeiuniū est qd̄ stimulū carnaliū viciorꝝ rep̄mit: mentē ad diuinorꝝ ꝯtemplationē eleuat: gratiāq̄

virtutū ⁊ celestiū ꝑmioꝝ impetrat. ¶ Oratio ꝑm Joannem Damascenū: est pius mētis affectus in deum tendens: ⁊ plerumq; ne animus pigritetur in vocam prozumpens. Et dicitur quasi oris ra[illegible]. ¶ Peregrinatio: est sctoꝝ locoꝝ cum deuotione visitatio. ¶ Materia penitētie: est actus penitētis qui cōsistit in cordis cōtritione: oris cōfessione: ⁊ ꝑ peccatis satisfactiōe. ¶ Forma penitētie: vel forma absolutionis qō idem est. Hec est. Dñs noster Jesus christus ꝑ suā magnā misericordiā te absoluat. Et ego auctoritate ipsius qua fūgor: absoluo te ab oībus peccatis tuis cōtritis: mihi cōfessis: necnō oblitis: ⁊ a vinculis excōicationis minoris si incidisti: ⁊ restituo te in cōmunionē sancte matris ecclesie: in nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti Amen. Vel sic ꝑm doctores: q̄ est essentialis ⁊ cōgruētioꝝ. Ego absoluo te ab oībus peccatis tuis. In nomine patris ⁊ filij et spiritussancti Amen. Unde effectus huius sacramenti est absolutio a peccatis. ¶ Claues ecclesie sunt tres. Una est clauis auctoritatis ⁊ illā habet solus deus. Alia est clauis excellentie: ⁊ illā habet solus Christus homo. Tertia est clauis ministerij: ⁊ illā habēt sacerdotes ad curam regendā admissi. Et illa est duplex. Nam vna est sciētia discernēdi inter lepzā ⁊ nō lepram, id est, inter peccatū ⁊ nō peccatū. Alia est potestas ligādi ⁊ absoluēdi. ¶ Peccatū est oīne dictū: factū: vel concupitū contra legem dei. Et est triplex. [illegible]

Originale: veniale: ⁊ mortale. Originale peccatū est illud qđ contractū est a primo parente: icz Adā ⁊ illud delet̄ per baptismū. ¶ Veniale peccatū est illud ꝑ quod nō violat̄ preceptū dei. Vel sic. Est illud qđ nō separat nos a regno dei: ⁊ illud delet̄ ꝑ aquā benedictā: per extremā vnctionē: per deuotā orationē: ⁊ sic de alijs. ¶ Mortale peccatū: est illud quod separat nos a regno dei. Vel sic. Est qđ violat preceptū dei: ⁊ illud deletur per penitentiam. ¶ Peccatū in deū patrē: est quod quis cōmittit ex debilitate. ¶ Peccatū in deū filiū: est qđ quis cōmittit ex ignorātia. ¶ Peccatū in spiritūsanctū est quod quis cōmittit sponte ex maliuolo animo. ¶ Decalogus est sermo: vel liber tractās de decē preceptis dei. Et dicitur a deca. i. decem: ⁊ logos sermo: quasi sermo de decem preceptis dei.

Precepta dei sunt decem.
- Unum crede deum.
- Nec vane iura per ipsum.
- Sabbata sanctifices.
- Habeas in honore parentes.
- Non sis occisor.
- Fur.
- Mechus.
- Testis iniquus.
- Nullius nuptam cupias.
- Nec res alienas.

¶ Dotes anime sūt quattuor. Subtilitas. Impassibilitas. Claritas. Agilitas.

Clamãtia in celũ sunt quinq;
- Homicidium.
- Usura.
- Pctũ sodomiticũ vel cõtra na
- Detẽtio mercedis. Ctu
- Depredatio.

¶ Virtutes cardinales sunt quattuor. scz: Prudẽtia. Temperantia. Justicia. Fortitudo.

Virtutes theologicales sũt tres,
- Fides: est virt' theologicalis: q̃ ds credit deũ trinũ in psonis ⁊ vnũ ĩ essentia.
- Spes: est certa expectatio future beatitudinis ex gratia dei ⁊ propr̃ijs meritis proueniens.
- Charitas: est motus animi ad seruiendum deo ꝓpter seipsum: ⁊ proximo propter deum.

Peccata in spiritũ sanctũ sunt septem,
- Desperatio.
- Inuidia fraterne charitatis
- Spes peccandi.
- Interfectio. Cnitẽtia.
- Presumptio falsi: aut finalis pe
- Obstinatio in peccatis.
- Impugnatio veritatis.

Opera misericordie spiritualia sunt sex.
- Dare bonũ consiliũ petenti.
- Corrigere peccatores.
- Consolari tribulatos
- Inimicis parcere ⁊ remittẽ
- Ferre persecutores.
- Orare pro inimicis.

Beatitudines sunt octo.
- Pauperes spiritu.
- Mites.
- Misericordes.
- Esurientes.
- Lugentes.
- Pacifici.
- Mundi corde.
- Et qui persecutionem patiuntur.

Opera miscōie corporalia sunt septem.
- Esurientem cibare.
- Sitientem potare.
- Nudum vestire.
- Infirmum visitare.
- Incarceratum consolari.
- Pauperi dare hospicium.
- Mortuum sepelire.

¶ Virtutes sunt septem: que opponūtur peccatis mortalibus: scilicet. Humilitas: Largitas: Castitas: Patientia: Temperantia: Charitas: Frequētatio in bonis.

¶ Septem sunt dona spiritussancti: scz. Sapientia: Intelligentia: Consilium: Pietas: Fortitudo: Scientia: ⁊ Timor domini.

Virtutes delentes pctā sunt quinq;.
- Penitentia.
- Ecclesiarum visitatio.
- Peregrinatio.
- Indulgentia.
- Confessio.

¶ Aliena peccata sunt nouē: quia fiūt cū alia persona: ⁊ nō ppria. Jussio est: cū quis iubet aliū peccare. Consiliū est: cū quis dat alteri consiliū ad peccandū. Cōsensus est: ꝙ cōsentit alteri ad peccandū. Palpo: est falsus adulator: vel adulatrix: ⁊ est cōmunis generis. Aersus. Quedā sunt opera solis maribꝰ adhibēda. ⁊c. Recursus est: ꝙ defendit pctōrez Participās est: ꝙ capit partē de rebus male acquisitis. Mutus est: ꝙ vidit peccare: ⁊ dolose tacet: cū solo verbo sine sui periculo posset impedire. Nō obstans est: qui nō vult peccato resistere. Nō manifestans est: qui subtractam rem scit vbi est: ⁊ nō vult eam iudicare: nec manifestare.

¶ Pctā mortalia sunt septē: qꝛ mortificāt aīam.

¶ Superbia: est appetitus puerse celsitudinis. Auaritia: est insatiabilis ⁊ inhonesta quarūlibet rerū cupido. Luxuria: est libidinose voluptatis appetitus. Ira: est ebulitio sanguis circa coꝛ. Gula: est īmoderata cibi ⁊ potus cupiditas. Jnuidia: ē doloꝛ de aliena psperitate receptꝰ: ⁊ in detrimentū alterius psurgēs. Accidia: ē tristicia aggrauās animū poīs.

Filie seu rami superbie sunt septē.
- Jnobedientia.
- Hypocrisis.
- Contentio.
- Pertinacia.
- Discordia.
- Presumptio.
- Jactantia.

Filie auaricie sunt septem.
- Proditio.
- Fraus.
- Fallacia.
- Periurium.
- Inquietudo mentis.
- Immisericordia.
- Cordis obduratio.

Filie luxurie sunt octo.
- Cecitas mentis.
- Inconsideratio.
- Inconstantia.
- Precipitatio.
- Amor sui.
- Odium dei.
- Amor presentis seculi.
- Desperatio siue horror futuri secli.

Ire sunt sex rami vel filie.
- Rixa.
- Tumor mentis.
- Contumelia.
- Clamor.
- Indignatio.
- Blasphemia.

Gule quinq; sunt rami.
- Inepta letitia.
- Scurrilitas.
- Immundicia.
- Multiloquium.
- Ebetudo sensuum.

Inuidie sunt quinq; rami.
- Odium.
- Subsidiatio.
- Detractio.
- Exultatio in aduersis proximi.
- Afflictio in prosperis proximi.

Radices accidie sunt sex.
- Malicia.
- Rancor.
- Pusillanimitas.
- Desperatio.
- Torpor circa precepta.
- Vagatio mentis erga illicita.

Symbolū: est collectio articulorū fidei. Symbolū est quadruplex: vt habet Ysidorus. vij. lib. ethimologiarū cap. vij. Nam quoddā est symbolū Apl'orū. Et est edictio apl'orū in primitiua ecclesia: in qua cōprehendit fides catholica. Et illud dicit secrete in matutinis: in pma: ⁊ in cōpletorio. Et vocat. Credo in deū patrē oīpotentē: creatorē celi ⁊ terre. ¶ Aliud est symbolū iuris: scz. primus titulus de sum. trini. ⁊ fide catholica. ¶ Tertiū est symbolū Nicenū: ⁊ dicit nicenū: qa factū est in synodo nicena: ppter grecos q̄ negabāt pcessionez spūsancti ab vtroq; ⁊ illud sic legit in dñicis diebꝫ alta voce. Credo in vnū deū. Patrē oīpotentē. ⁊c. ¶ Aliud est symbolū Athanasij: ⁊ est illud qō dicit in pma in dñicis diebus alta voce, scz. Quicunq; vult saluus esse: ante oia. ⁊c. Et dicit a fin: quod est

con. ⁊ bolos morsus: qꝛ quilibet apostoloꝝ posuit morsellū. id est articulū. vt patet postea.

Duodecim sunt articuli fidei

¶ Petrus. Credo in deū patrem omnipotentem: creatorem celi ⁊ terre.

¶ Andreas. Et in Jesum christū filiū eius vnicū dominū nostrum.

¶ Jacobus maior. Qui ꝯceptus est de spiritusancto natus ex maria virgine.

¶ Joannes euāgelista. Passus sub pontio pylato: crucifixus: mortuus ⁊ sepultus.

¶ Thomas. Descēdit ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis.

¶ Jacobus minor. Ascēdit ad celos: sedet ad dexteram dei patris oīpotentis.

¶ Philippus. Inde venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos.

¶ Bartholomeus. Credo in spiritumsanctum.

¶ Matheus. Sanctam ecclesiam catholicā: sanctorum cōmunionem.

¶ Symon. Remissionem peccatorum.

¶ Judas Thadeus. Carnis resurrectionem.

¶ Mathias. Et vitam eternam. Amen.

Differūt Hostia significat. Opffer des segen. Oblatio ꝛvillig opffer. Libamen. Ein opffer der speiß. Holocaustum. Ein brinnendes opffer. Sacrificiū. Ein getodt opffer.

Practica.

¶ Ciclus est spaciū tpis: plures annos cōtinēs: in se reuertēs. Et ciclus dicit quasi circulus: qz reuertitur i se ad modū circuli. ¶ Jtē triplex est nūerus. scz. Digitus: articulus: ⁊ nūerus cōpositus. ¶ Digitus: est oīs numerus minor denario: hoc est oīs numerus infra decē. ¶ Articulus: est oīs numerus diuisibilis in decē partes eq̄les: sic q̄ nihil sit residuū: vt. x. xx. xxx: xl. ⁊c. ¶ Numerus cōpositus. siue mixtus: est qui cōstat ex digito ⁊ articulo: vt. xj. xij. xiij. xv. ⁊c. xxj. xxij. xxiij. xxv. ⁊c. xxxj. xxxij. xxxiij. xxxv. ⁊c. ¶ Annus est spaciū tpis quinq̄ginta duarū hebdomadarū. Jtē duplex est annus, scz. Cōis ⁊ bisextilis. ¶ Annus cōis est q̄ habet trecētos ⁊ sexagita quinq; dies ⁊ sex horas: ⁊ illoz annoz sūt tres: in q̄bus lra dñicalis semel variat. ¶ Annus bisextilis: est q̄ habet cccl xvj. dies. Et in illo anno lra dñicalis bis variat Et q̄re plus habeat in vno die: q̄ annus cōis assignat. Ratio. qa in quolibet anno cōi sunt sex horе supflue: ⁊ ille sex horе in q̄rto anno constituūt diem naturalē: q facit annū bisextilē. Et duplex est dies. scz. Naturalis ⁊ artificialis. ¶ Dies naturalis est spaciū tpis. xxiiij. horaz: vt de vna media nocte ad aliā. ¶ Dies artificialis: est locatio solis sup nīm hemisperiū. ¶ Nota. Ciclus est duplex. s. Solaris ⁊ lunaris. Ciclus solaris ē spaciū tpis. xxviij. annoz vltra se nō extēdens. Cū autē ciclū solarē scire vo-

lueris: tūc cōsidera annos ab incarnatiōe dñi: ⁊ videas quot habeas cētenarios: ⁊ illos numera per mēbra seu iūcturas digitoꝝ: ⁊ serua membrū vltimū cētenarij: ⁊ post hoc numera versum sequentem.

xxv xvij j xvij v xxj

Penta vigint. trede. Jota. desep. quina. monouigit.

ix

quocꝝ nouem.

¶ Et si versus deficit resumēdus est: donec tangat membrū signatū: ⁊ tūc cōsidera numerū istius dictionis: q̄ tangit membrū signatum. Postea numera articulos etiā per iūcturas digitoꝝ: ⁊ serua membrum articuloꝝ: ⁊ numera versum sequentē.

x xx ij xij xxij iiij xiiij

Dena. vigin. duo. duod. vigindu. quatu. quatuorde.

xxiiij vj

vigin qua. sex.

¶ Cōsidera tūc istoꝝ numerū dictiōis q̄ tāgit mēbrum signatū: ⁊ adde istū numerū: ⁊ si aliq̄d supfuerit etiā adiūge: ⁊ si iste nūerus excedit vigintiocto tūc a toto collecto subtrahe. xxviij. quotiēs poteris q̄ est regula: qñ in ciclo solari in nūero practicato excreuit vltra. xxviij. tūc semp. xxviij. sunt abiiciēda: ⁊ tūc reliquus numerus ostēdit ciclum solarē: ⁊ qñ aliqua figura nō haberet articulos vltra cētenarios: nec annos restantes: sed ex cētenarijs reperitur nouē: vel cc. Tūc nihil est addendū: nec subtrahēdū vt patet ī ista figura. 1400. ibi habeꝝ nouē: vt patet

ꝑ numerū Pentauigint. ¶ Itē ciclus solaris valet ad inueniendū lr̄am dn̄icalē. Cū aūt scire q̄s voluerit: seu īuenire lr̄am dn̄icalē: nūeret ciclū solarē per iūcturas digitoꝝ: deīde legat hūc versum. Grif e c. donec tāgat mēbrū signatū: ⁊ si inditio q̄ tāgit mēbrum signatū est vna lr̄a de illis septē lr̄is dn̄icalibus: s. A. b. c. d. e. f. g. tūc talis ann⁹ est cōis. Si aūt in tali dictione sunt due littere dn̄icales: tūc est annus bisextilis: ⁊ prima littera durat vsq̄ ad festum Mathie: ⁊ secūda instat ⁊ durat ꝑ circulū anni.

Grif e dit ci bas gri fo nes dic bo na gri fe di

ci bus aug for e dus cib au gur fi ed oc au b. Et isti versus valēt ad inueniendū lr̄am dn̄icalē: ⁊ lr̄a dn̄icalis est lr̄a q̄ designat nobis dn̄icaz diē. Et sunt septē lr̄e dn̄icales. s. A. b. c. d. e. f. g. Et in q̄libet anno cōi est vna: ⁊ in āno bisextili sūt due. Et p̄ma durat vsq̄ ad festū Mathie: vt s̄. v̄s⁹. Post mathie diē mox iūgito feriā. Lr̄a si pridē dn̄i variat̄ ibidē.

¶ De ciclo lunari.

¶ Ciclus lunaris est spaciū tp̄is. xix. annoꝝ vltra se nō extendēs. Cū aūt ciclū lunarē scire q̄s voluerit tūc ꝯsideret annos incarnatiōis q̄t habeāt cētenarios: ⁊ istos numeret ꝑ mēbra digitoꝝ: ⁊ signet mēbrū sen iuncturā vltimi centenarij: ⁊ post hoc legat v̄sum sequentē: locādo in quolibet mēbro vnā sillabam: quousq̄ ꝑuenerit ad membrū signatum.

Fi la ꝙ bar go ma ri cis he nas fi dus

in oc tor e ka pe as.

¶ Et si versus deficit: resumēdus est: vt prius: donec tāgat membrū signatū: ⁊ postea cōsideret sillabam tangentē membrū signatū q̄ sit eius p̄ma lr̄a: ⁊ quotta ista sit in ordine alphabeti ⁊ talē tūc numerꝝ notet: post hoc videat de articulis: quot hēat: ⁊ istos etiā nūeret ꝑ iūcturas digitorꝝ: ⁊ signet mēbrum vltimi articuli: ⁊ numeret desup istū versum.

x j xj ij xij iij xiij iiij xiiij

X monos vnde duo duod tres trede quatu q̄tuorde

